inscript. una cum omni et integro processu Judicii occasione non statutionis fi-
lij eiusdem predicto Nobili Maximiliano Therlinczki pro eius coram officio mot. et
212 intentat in quocumque gradu iuris dependentem, cassare annihilare et a
premissis omnibus perpetue recedere sub vadio ducentorum florenorum pecunie
monete Polonie, si et quantum predicti Kathinszi vel successores eorum pre-
missa omnia supra ad preexpressum tempus non explenerint per dictum
Demianowicz vel successores eius ipso facto eidem Procopio Therlinczki ad
solvendum succumbendum. Preterea presentem inscriptionem ad acta terrestria Premisli-
ensia cum decursum unius anni transportare se idem recognoscens cum successoribus
super bonis suis inscribit sub simili vadio ducentorum florenorum pecunie monete
Polonie. Pro quibus vadiis et vadiis succumbit si se predictus recog-
noscens eidem Therlinczki ad officium pro Castro Premisliensi citare promiserit.
Extunc obmisso foro suo proprio coram eodem officio, cuius iurisdictioni se cum suc-
cessoribus bonisque omnibus subiicit in primo citationis termino stare parere
rudere ac pro vadio vadiisque satisfacere erit astrictus. Nullum ter-
minum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actione pro
maiori interregno minorennitate successorum ac legalibus quibusvis im-
pedimentis differrendum et prolongandum ad quietationem dictorum non petendum poena
trium marcarum et triplici poena vadia non evadendum motionibus appellatio-
nibus earumque prosequutionem evasionem personarum ac dilationibus universis sub
renunciantes sui et suorum successorum sub omissione totius cause vigi-
lantium pro fato vadii quo soluto utique inscriptionem presentem tamquam sit ne-
cessarium satisfacere erit astrictus. Nulla personarum terrestri obstante

Idem inscribit se pro Boluis Wapowska

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Nobilis Iwan Demianowicz
Ostrzicki obmisso foro suo proprio, et se presentem iurisdictioni cum successoribus bonisque
suis quo ad hunc actum subiicientem sanus mente et corpore existens publice re-
cognovit quia cavet fidelibus et secum successoribus super bonis suis Magnifi-
ce Catherine de Maczierowicze consorti relicte olim Magnifici Andree
Wapowski Castellani Premisliensis pro Nobilibus Wassyl Iwan filiis
Necnon Fienika Nobilis Iwan Rybinski scultetis de villa Rybna ad
bona Ottoczew pertinentem et Nasti Nobilis Lyesko Smereczanski scultetis
de villa Smereczani ad Capitaneatum Premisliensem pertinentem. Consorti-
bus filiabus et successoribus eiusdem olim Nobilis Thimko Bolwa et successoribus
eorum inscribit et obligat quod predicti filii per se, filie vero cum con-
sensu maritorum suorum coram Judicio et actis terrestribus Premisliensibus hinc pro pri-
mis terminis terrestribus Premisliensibus proxime celebrandis iuxta formam iuris reco-

gnoscet quia ab eadem Magnifica Castellana Premisliensi summam octuaginta florenorum
pecunie idque de scultetia in villa Laskowska existentem ad oppidum Dinow
pertinentem tenute ipsius Magnifice Catherine Wapowska recepit et manu
aliter levavit, que summa ipsos Bolwi post olim Thimko Premisliensem
eorum ex eadem scultetia spectabat et concernebat, ibidemque coram eodem Judicio
in primis terminis terrestribus Premisliensibus predicti Bolwowie tenebuntur pre-
nominatam Magnificam Catherinam et successores eius de summa preexpres-
sa quietare et omne ius suum ad id habent ipsi et successoribus eius trans-
fundere perpetuis temporibus. Sin vero premissa prenominati Bolwo-
wie non complevit, tunc idem Iwan Demianowicz debebit huiusmodi sum-
mam octuaginta florenorum pecunie quam nomine illorum a predicta Wapowska
levavit vice versa in duabus septimanis post determinationem terminorum
terrestrium Premisliensium tunc immediate sequentes eidem Wapowska vel successo-
ribus eius restituere sub vadio similis summe octuaginta florenorum pecunie
Pro quo vadio predictus Iwan Demianowicz per predictam Magnificam
Catherinam Castellanam Premisliensem ad officium pro citatione obmisso foro
suo proprio coram eodem officio in primo citationis termino stare parere
rudere ac pro vadio satisfacere omnibus exceptionibus personarum
dilationibus per gentes universis iuris remediis semotis tutor cum
successoribus suis. Nulla personarum terrestri obstante

Brzesczianski quietat Drohoiowski

Veniens personaliter ad officium actaque presentia Generosus Joannes Brzesczian-
ski a iure foroque suis quibusvis proprijs recedens, et se cum bonis
et successoribus iurisdictioni presentis quo ad actum hunc attinet incorporans sanus
mente et corpore existens publice recognovit quia a Generoso Kilia-
no Drohoiowski a Drohoiow recepit et manualiter levavit summam Nonin-
gentorum florenorum pecunie monete Polonie, quam idem Drohoiowski eidem Brzesczian-
ski coram officio et actis presentibus modo quovis inscripsit prout ea in
suo Castro Premisliensi sine transportatoria ad ipsum latius enarrat
Ratione cuius eiusdem summe Noningentorum florenorum pecunie totalis rere-
ptionis ipsum Kilianum Drohoiowski et successores eius de summa predi-
cta Noningentorum florenorum pecunie quietat liberum et immunem facit per-
petuis temporibus. Inscriptionem eandem Castri et si est transpor-
tata terrestri Premisliensi una cum integro processu ad eandem inscriptionem
instituto cum omnibus earum contentis iam exinde cassat obliterat et ab hac